

**CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ**

**CONTENDO**

**OS ACTOS E RELAÇÕES POLITICAS E DIPLOMATICAS  
DE PORTUGAL**

**COM AS DIVERSAS POTENCIAS DO MUNDO**

**DESDE O SECULO XVI ATÉ OS NOSSOS DIAS**

**PUBLICADO**

**DE**

**ORDEM DA ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS DE LISBOA**

**POR**

**LUIZ AUGUSTO REBELLO DA SILVA**

**TOMO I**

**LISBOA**

**TYPOGRAPHIA DA ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS**

**M DCCC LXII**

oratione testatam re ipsa magis in dies uberem, ac omnibus perspicuam faciat. Qua de causa idem Sanctissimus Dominus Noster paterna illam dilectione complectitur, ac in suis omnibus desideriis eidem morem gerere benigno semper animo inclinatus existit, idque cum sponte sua, tum etiam Reverendissimi Domini mei Domini Cardinalis sanctorum quattuor assidua instantia, qui pro fideli sua erga eandem Maiestatem vestram seruitute suis in omnibus petitionibus quacunque auctoritate, gratia atque opera potest, ita semper enixe fauet, ut nullum nec diligentiae nec solertiae locum sibi relinquat. Quod cum semper alias tum maxime nuper ut Serenitati Vestrae ius patronatus Magistratum Regni sui concederetur eo modo quo ab eius oratore supplicatum fuit quod pro quolibet alio uel maximo Principe nequaquam meo iudicio effecisset, id quod ego plurimum laetatus fui pro certissimo habens huiusmodi gratiam sibi posterisque suis utilem et commodam im primisque honorificam semper fore. Quod autem superest eidem Maiestati vestre supplico ut, si quid est in quo mea fidelissima opera illi seruire ualeam, mihi humillimo seruulo suo imperare dignetur. Quam deus ad uota felicissima conseruet.

Romae, ex Palatio apostolico, Die IIII Julii MDCXVI.

E(ximia?) Maiestatis Vestrae humillis seruator. — A. puccius, Camerae Apostolicae clericus <sup>1</sup>.

**Breve do Papa Leão X dirigido a el-Rei.**

1516 — Julho 10.

Leo Papa x Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum doctorum virorum relatione in sacro Lateranense Concilio propositum fuisset Kalendarium, quod in positione Vernalis aequinoctii solis cursum designantis a suo recto cursu defluxerat, correctione indigere, ut pascha, quod precipue a Vernali aequinoctio et quartadecima luna nouorum pendet, recte obseruaretur; Ac dignum reputantes in huiusmodi

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Gav. 15, Maç. 14, n.º 31.

Lateranensis Concilii celebratione errorem huiusmodi agnosci, et agnitum emendari, Monuissemusque et hortati fuisset Theologos et Astrologos, ac alios in his viros doctissimos de remedio et emendatione congrua cogitare, sententiisque eorum partim scriptis, partim disputationibus habitis, re ipsa in sacris dicti Concilii Cardinalium et prelatorum deputationibus crebis disceptationibus agitata, nonnullae difficultates, quae ex illa oriebantur, apparuissent; Volentes ea omnia mature et considerate decerni, ut decreta postea et deliberata ab omnibus obseruarentur, Maiestatem tuam hortati fuimus vt Theologiae et astrologiae professos viros claros, Quos in Regno tuo haberes, ad lateranensem Concilium huiusmodi, vt erroris huiusmodi discussio et illius emendatio salubri remedio perquireretur, et ad ueram determinationem et sinceram obseruationem omnium votis perduceretur, venire iuberet atque curares; impeditis autem preciperes, quid eorum quisque in his statueret et quid iuxta conscientiam suam arbitraretur, ad Nos in scriptis transmitteret; et vt ipsi venturi, uel remansuri, conuenientius rem considerare et discutere possent, summarium aliquarum propositionum super premissis in dictis deputationibus exhibitum mittendum curauimus. Cumque factum fuerit hortationibus nostris huiusmodi, vt aliquorum scripta ad Nos peruenerint, illis in deputationibus prefatis diligenter examinatis, denuo compendium cum quibusdam propositionibus diuersos modos correctionis kalendarii huiusmodi continentibus a doctis et sapientibus prolatum litteris nostris vniuersis et singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac rectoribus vniuersitatum studiorum generalium directis adiunctum duximus destinandum, vt super his quod conclusum atque scriptum pro maiori parte fuerit, per Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos eorum sigillis munitum, saltem infra quatuor menses per proprium, seu alium Nuncium ad Nos destinare procurent, vt in prima sessione, quam ea potissimum causa ad pridie kalendas decembris distulimus ac propagauimus, negocium huiusmodi absoluere ac maturius et consultius terminare valeamus. Cupientes igitur opus huiusmodi tam laudabile ad finem optatum cum omnium fidelium pace et spirituali consolatione deduci, Maiestatem tuam hortamur in Domino, vt viros doctos, quos habes, ad ueniendum, seu quid ipsi in premissis sentiant scribendum inducere, et eorum scripta ad Nos transmittere, ac opem et operam efficaces adhibere velis, quod dicte nostre littere Patriarchis, Episcopis et Rectoribus Vniuersitatum huiusmodi Re-

gni tui fideliter et diligenter presententur, ac iuxta mandata nostra per eos executioni debite demandentur. Quo si feceris (ut speramus) rem in primis Deo acceptam, Nobis uero gratam, efficies.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, Die x Julii MDXVI, Pontificatus Nostri Anno Quarto. — *Ia. Sadoletus* <sup>1</sup>.

**Bulla do Papa Leão X.**

1516 — Julho 25.

Leo episcopus seruus seruorum dei ad futuram rei memoriam.

Hiis, que pro personarum quarumlibet, presertim Regali ac Pontificali dignitate fulgentium, pace et quiete et ad euitandas ultiores lites amicabili concordia dicuntur, pro illorum subsistentia firmiori libenter, cum a nobis petitur, muniminis adiicimus firmitatem. Sane pro parte Charissimi in christo filii Emanuelis Portugallie et Algarbiorum Regis Illustris, et venerabilium fratrum Prelatorum ac dilectorum filiorum vniuersorum Clericorum Regnorum et dominiorum eiusdem Regis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet alias nos prefato Emanueli Regi, ut bellum contra fecenses et Morachitarum Reges inchoatum continuare posset, de omnibus ecclesiis, Monasteriis et aliis beneficiis ecclesiasticis in dictis Regnis et dominiis consistentibus certas partes decimarum, Tertias nuncupatas, ad instar Regum Castelle et Legionis Regnorum, quibus similes Decime per Romanos Pontifices predecessores nostros concesserant, donec bellum huiusmodi per ipsum Emanuele Regem gereretur, concessissemus; tamen idem Emanuel Rex ad instantissimas preces Prelatorum et Clericorum predictorum, ut rem gratam et acceptam eis faceret, concessionem dictarum Decimarum Tertiarum nuncupatarum, tam sibi, quam Regie Corone successoribusque suis durante bello huiusmodi per nos facte, ac omni iuri in illis, uel ad illas sibi quomodolibet competenti sponte et libere renuntiauit, ac suo suorumque successorum nominibus eis promisit eas sibi concedi amplius non procurare; et, si ultro

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, n.º 41.

sibi de cetero concederentur, illas ullo tempore acceptare; et ne Prelati et Clerici prefati huius liberalitatis aliqua nota ingratitude notari possent, summam Centum quinquaginta trium Milium Ducatorum, seu Cruciatorum, pro huiusmodi renuntiatione soluere uelle promiserunt hoc modo uidelicet, Centum eidem Regi infra Biennium in usum belli contra Infideles huiusmodi conuertendorum, ac Quinquaginta, ad que idem Rex nobis obligatus erat, nobis in terminis, quibus ipse Emanuel Rex nobis illa persoluere tenebatur, et reliqua Tria Milia ut Officialibus tunc expressis persoluere promiserant, ad id se obligarunt, prout in Instrumento publico desuper confecto dicitur plenius contineri. Quare cum Prelati et clerici prefati credant premissa cecisse et cedere ad pacem et quietem omnium Prelatorum et clericorum predictorum, necnon commodum et utilitatem ac immunitatem ecclesiarum et beneficiorum predictorum, pro parte Regis, Prelatorum et clericorum eorundem nobis fuit humiliter supplicatum ut renuntiationi, promissionibus et obligationibus reciproce factis huiusmodi pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere, aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui inter christifideles, presertim Catholicos Principes et Prelatos et Clerum, pacem et quietem cum animarum salute semper uigere et adaugeri nostris potissime temporibus intensis desideramus affectibus, Prelatos et clericos prefatos ac illorum singulares personas a quibusuis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis, siquibus quomodolibet innodati existunt, ad affectum presentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati renuntiationem, promissiones et obligationes reciproce factas huiusmodi, ac omnia et singula in dicto Instrumento contenta auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus, supplentes omnes et singulos, tam iuris, quam facti defectus, siqui forsan interuenerint in eisdem. Et nichilominus, ut pecunia tam nobis quam Regi et Officialibus prefatis persoluenda commodius haberi possit, Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Vlixbonensi et Episcopo Visensi dictam summam Centum quinquaginta trium Milium ducatorum super fructibus omnium Mensarum Metropolitanarum et Cathedralium ecclesiarum necnon ecclesiarum Capellarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum omnium secularium et quo-

rumuis ordinum regularium, non tamen mendicantium, imponendam et equaliter distribuendam per se, uel alium, seu alios, quos ad id prefatus Emanuel Rex duxerit nominandos et deputandos, exigendi, ac etiam personas ecclesiasticas et inclitas in aliqua ex Militiis in dicto Regno Portugallie consistentibus super fructibus ecclesiarum Monasteriorum et beneficiorum quorumcunque, etiam Mensis Magistralibus Militiarum huiusmodi ad uitam alicuius, uel ad tempus duntaxat unitorum, seu fructus illorum percipientes ad contribuendum pro conuenienti rata pensionum et fructuum, et etiam Decimarum ac reliquorum obuentionum, reddituum, fructuum et prouentuum ac etiam priorum nuncupatorum ecclesiarum et Monasteriorum ac beneficiorum predictorum, que quomodolibet percipiunt, etiam per censuras ecclesiasticas, illas aggrauando et reaggrauando, et alia oportuna iuris remedia cum interdicti ecclesiastici appositione et auxilii brachii secularis imploratione cogendi et compellendi, ac excommunicatos soluentes, postquam soluerint, absoluendi et quietandi ac interdictum huiusmodi relaxandi, plenam et liberam auctoritate et tenore premissis licentiam concedimus et facultatem. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII etiam predecessoris nostri, illa presertim qua cauetur ne quis extra Ciuitatem et diocesem, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra Vnam dietam a fine sue diocesis ad iudicium euoctetur, seu ne Iudices a sede apostolica deputati extra Ciuitatem et diocesem in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alii, uel aliis uices suas committere presumant, et de Duabus dietis in Concilio generali edita et aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum et ordinum predictorum iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, stabilimentis, usibus et naturis, necnon priuilegiis, indultis et litteris apostolicis quibusuis personis, locis, ordinibus, Militiis et aliis Monasteriis forsitan concessis, quibus etiam, si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et indiuidua ac de uerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscunque; Aut si aliquibus communiter, uel diuisim ab eadem sit sede

indultum quod interdicti, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, approbationis, confirmationis, supplementationis, concessionis et derogationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo sexto decimo, Octauo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Quarto. — *Bembus* <sup>1</sup>.

### **Carta d'el-Rei a D. Miguel da Silva.**

1516 — Agosto 11.

Dom miguell, nós elRey vos enuyamos muito saudar : a nós foy dito como a naao, que emuyámos ao santo padre com ha alymarea que nos ueo da imdea e presente outro, era perdida com tudo, com que ouemos muito desprazer : vós direes a sua santidade como ha ainda poucos dias que o soubémos, e o muyto desprazer que por yso Recebemos, porque ha alymarea quando nos foy trazida, por ser cousa tam noua nestas partes nunca vista e case nom achada nos liuros, e nos ser envyada da maneira que o ella foy, nós a estimámos e estimauamos mais que cem mil dobras. E quamdo detremynámos de a mandar a sua santidade, a prezavamos mais que dozentas mill, parecendo nos que avia de ver e Receber de nós o que com tanto amor, booa vontade e gosto lhe emuiamos, e o que a nenhum pontifice nunca fora apresentado, nem visto nestas nosas partes ; mas pois a fortuna o asy quys ordenar, de que piadosamente he de crer que aos pasados nom pesou por sua santidade nom Receber os presentes tam novos e de tam lomge, tam desacustumados a

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.º 33. O documento n.º 40 do maço 22 é um breve do mesmo teor e data d'esta bulla, mutatis mutandis.

eles, nem pensados, que pidimos muito por merce a sua santidade que ao menos Receba o amor e muito gosto com que lhe tudo enuyauamos, o quall sempre teeremos pera todas as cousas de seu seruiço. E que sabendo que elle o conhece e Recebe, como lhe pidimos, nos curará o muito desprazer que temos Recebido, por sua santidade nom ver huuma tamanha novidade.

Item : Junto da nosa villa de muja está huum paull, que se chama o paul de muja, o qual em tempo antigo ja foy aproueytado, segundo a emformaçom que temos ; E aguora, por o muyto gasto e despesa que se Requeria pera o soste, e os pesuydores d'elle nom serem nem poderem ser pera yso poderosos, se perdeo, e aguora está de todo perdido e desaproueytado. E porque nós ho queremos ora mandar abryr a nosa propria custa e despeza, direes a sua santidade que lhe pidimos nos queira comceder os dizimos d'elle, pera se despenderem nos lugares d afryca, posto que ja em algum tempo elle fose aproueytado e seus dizimos se pagasem á igreja da dita villa, que he d alcobaça, e no dioces de lixboa. E que, querendo os sua santidade asy comceder, como lhe pidimos, a nós prazera poer na dita igreja dous Raçoeiros, que ha syruam e ajudem em todos os officios della e Rezem as oras em coro conthinuadamente : encomendamos vos muito que disto tenhaes cuidado e ho negocees e espeçaaes as letras diso, porque nós ho começamos ja a mandar abryr com esa esperanza, e lembre uos que se decrare nas ditas letras, posto que ja em algum tempo fose aberto, e os dizimos dele se paguasem ha igreja do dito lugar, e com todas as outras mais crausolas, que forem necesairas pera ser mais valioso. E cremos que nom averá hy niso muito pejo, porque ja se fez em outros paues do conde de maria alua e de donuno. E as prouysoes e letras diso trabalhay porque sejam geeraaes, asy pera este paull, como pera quaaesquer outros, que esteuerem desaproueytados, que nós quysermos abryr e aproueytar ha nosa custa.

Item : ao cardeal semty quatro darees o dinheiro, que vos temos mandado que lhe deseas, e nos vós sprevestes que ja tinhees em vosa mão ; e lhe direes as palauras, que vos temos sprito que lhe disesees, quando lho ouueses de dar, e todas as outras mais que vos parecerem demonstrança do muito amor e boa vomtade, que lhe temos.

Emcomendamos vos muito que dos negoçios, que la tendes, tenhaes aquelle cuidado, que sabemos que avees de teer ; e lembre uos as cym-



quoemta Igrejas do noso padroado pera o mestrado, segundo vos temos sprito ; E asy os mosteiros da auseruancia : e dizey ao nuncio que nos parece que nam tem boom cuidado das emcomendas nosas, que elle leuou, que certo nam nos ouueramos nós d esquecer tam cedo delle, nem de suas cousas, como nos parece que as nosas encomendas e suas palauras foram ante elle, aimda que nós cremos que a culpa nom serya nele ; que lhe Rogamos que, se ysto alguum descuido foy, o nam seja d aquy por diamte, pois em nós pera elle e pera as cousas de seu tio nunca ho ha d aver, senam muita hafeyçom e muito booa vomtade, como em nós sempre conhecerá.

Item : algumas pessoas amostram caa letras e breues, que derogam os nosos, e ysto nom sabemos como lla pasa, e bem cremos que será sem o vós saberdes, porque acudirees a yso, como compre a noso seruiço, e tambem cremos que o santo padre o nom soberá, e que pasará sem elle cuydar que se faz, e por yso vós lho dizey ; E que pidimos a sua santidade que niso mamde la prover em maneira que mais se nam faça ; E pera o feyto dee provisom, como se nam cumpra, e auida nol a emuiay loguo, porque pouco guosto poderemos ter no que, tanto que alguem quer, o pode desfazer. E aimda serya boom avisardes eses nosos naturaas, que la estam, que tall nom façom d aquy em diante, nem o peçom, nem o aceytem, porque, fazemdo, os averemos por desnaturados, e se cumprirá nelles nosas ordenaçoões ; e tudo vos aguardeceremos fazerdes como de vós esperamos.

Sprita em lixboa a xi dias de agosto, andre pires o fez, de 1516 —  
*Rey* <sup>1</sup>.

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Corp. Chron. Part. I, Maç. 20, Doc. 84.

**Bulla do Papa Leão X dirigida a el-Rei.**

1516 — Setembro 10.

Leo episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Emanueli Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Gratie diuine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares principes presertim Cathedralium ecclesiarum regimini presidentibus oportuni fauoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem dilectum filium Alfonsum de Portugalia scolarem vlixbonensem in octauo sue etatis Anno constitutum, quamprimum clericali caractere insignitus foret et vigesimum primum dicte etatis Annum attingeret, Administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Egitanensis, per obitum bone memorie Petri Episcopi Egitanensis extra Romanam Curiam defuncti Pastoris regimine destitute, donec vigesimum septimum dicte etatis Annum attingisset, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica constituimus et deputauimus; et deinde, cum primum dictum vigesimum septimum Annum attingeret, de persona sua nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, de simili consilio eidem ecclesie etiam ex tunc, prout ex hodie et e conuerso, dicta auctoritate prouidimus ipsumque illi prefecimus in Episcopum et Pastorem prefectumque fore decreuimus, curam et administrationem dicte ecclesie sibi in temporalibus et spiritualibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque, fili carissime, sit uirtutis opus dei ministros benigno fauore prosequi ac eos uerbis et operibus pro Regis eterni gloria uenerari, serenitatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem Alfonsum et prefatam Egitanensem ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia propensius commendatos, in ampliandis et conseruandis iuribus suis sic ipsos benigni fauoris auxilio prosequaris, quod idem Alfonsus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure Pastoralis officio possit, deo propi-

tio, prósperari, ac tibi ex inde a deo perennis uite premium et a nobis condigna proueniat actio gratiarum.

Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexto decimo, Quarto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Quarto <sup>1</sup>.

### **Breve do Papa Leão X dirigido a el-Rei.**

**1516—Setembro 20.**

Leo Papa x Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Licet dudum omnes et singulas Beneficiorum Ecclesiasticorum reservationes, vniones, Annexiones et incorporationes ad quorumuis instantiam quibuscumque personis factas reuocauerimus, Tamen ob precipuam qua Maiestatem Tuam prosequimur charitatem, cupientes uotis Tuis, quantum cum Deo possumus, paterna benignitate annuere (sollicitante Dilecto filio Michaele de Silua Tuo apud nos oratore) Indultum circa Beneficia in isto Regno uacatura Maiestati Tuae per nos concessum reualidauimus atque in-nouauimus; Committentes Tamen dicto Oratori ut suis litteris Serenitatem Tuam nostro nomine hortaretur uellet contentari, Quinymmo efficere ut mandatum de prouidendo de Beneficiis in dicto Regno uacaturis usque ad summam Quingentorum ducatorum Dilecto filio Emanueli Norognae Cubiculario nostro secreto per nos concessum per huiusmodi indulti re-ualidationem nullo modo impediretur, Sed potius reualidatio ipsa a nobis tam benigne facta Maiestatem Tuam ad obseruationem prefati indulti induceret. Cum autem ex Tuis ad dictum Oratorem litteris nuper acceperimus Te uotis ea in re nostris promptissime respondere, quandoquidem contentaris ut dictus Emanuel Beneficium Ecclesiasticum primo uacaturum acceptare et consequi, Tu uero ad Beneficium secundo uacaturum presentare libere possitis: Sicque sucessiue alternis uicibus fieri debere, donec mandatum dicto Emanueli concessum plenum sortitum fuerit

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Maç. 21, de Bullas, n.º 8.

effectum, Maiestatem Tuam plurimum commendamus: Id enim ex tua uirtute et benignitate profectum est, quod a te desiderabamus atque expectabamus. Preterea superioribus diebus ad Maiestatem Tuam diligenter scripsimus uelles permittere, ut iudices per nos deputati ad inducendum dictum Emanuelem in possessionem Sanctae Mariae de Lecca et Oliuerii Hospitalis, ac eluas et Montis octo Praeceptoriarum ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, quas per obitum quondam Joannis Coelho uacantes nostraeque et apostolicae Sedis dispositioni specialiter et expresse reseruatas Dicto Emanueli motu proprio contulimus, Commissiones et mandata nostra eis desuper facta omnino, ut equum est, debite executioni demandarent; Quod etsi Amplitudinem Tuam omnino facturam non dubitamus, Tamen, quia id ipsum nobis summopere Cordi est, Maiestatem Tuam de nouo hortamur et enixe requirimus, ut pro iusticiae debito nostraque et huius Sanctae Sedis reuerentia uelis efficere, ut prefatus Emanuel, uel eius ad hoc legitimus procurator, ad liberam, pacificam et expeditam dictarum Praeceptoriarum fructuumque, reddituum et prouentuum, ac iurium et obuentionum, earundem possessionem omnino admittantur. Quod erit iustum et honestum, Tuaque uirtute dignum et nobis quam gratissimum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, Die xx Septembris MDXVI, Pontificatus nostri Anno Quarto — *Bembus*<sup>1</sup>.

### **Breve do Papa Leão X dirigido a el-Rei.**

**1516 — Outubro 17.**

Leo papa x Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Ex earum litterarum exemplo, quas Turcarum Tiranni filius ad Ragusinos misit, de eiusdem Tiranni contra soltanum Aegypti Dominum uictoria Maiestas tua quae ab ipso predicantur intelliget. Nos quidem etsi existimemus, si ea uera essent, certioribus nuntiis et ipsius Imperatoris ad filium litteris afferri Constantinoplim oportuisse, Tirannumque ipsum

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, n.º 55.

paulo antea, cum res suae soffiano bello male se haberent, eadem arte usum fuisse intelligamus eo concilio ne Christiani Principes contra ipsum alienissimo suo tempore caperent, Et nunc etiam ad nos eadem de re contra ac ille scribet, non unis rumoribus afferatur; Tamen quoniam Ragusini nobis significant existimare se Turcarum Tirannum quae ipsis a filio perscribuntur aliqua ex parte confecisse, uictoriamque apud ipsum stetitisse, ad Maiestatem tuam scribendum duximus uelles pro animi tui magnitudine et religione excitare mentem et cogitationes tuas ad illam, de qua totiens iam ad te caeterosque christianos Reges scripsimus, tam piam, tam sanctam, tamque nunc demum uere necessariam contra Turcas expeditionem suscipiendam, atque in tempore occurrere, ne ille imparatos nos aliaque omnia cogitantes opprimere, christianaeque Reipublice et nomini insignem aliquam inurere notam possit; presertim cum eadem Ragusinarum ciuitas certiores nos faciat ipsum Tirannum ducentas iam triremes non solum confecisse, sed eas etiam armamentis rebusque omnibus bellicis instruxisse, habereque paratissimas, ut eas conscendere atque educere, si adsint milites, omnibus horis possit. Existimare sane ac plane credere debemus tantam classem non nisi in nos exitiumque nostrum parari, ad quos inuadendos classe presertim opus est bene magna. Si graeciae insulas, quae reliquae sub ipso non sunt, si Illyrii oram, si Italiam, cui maxime inhiat, uastare aut capere cogitat; Nam ad Syrie aut Aegypti, si modo iam eam non cepit, aut Assiriae, aut Persiae, reliquosque orientis populos conficiendos terrestres copiae satis sunt, nauibus uinci et debellari nationes illae nequaquam possunt. Itaque si ea, quae Tiranni filius scribit, uera sunt, atque ille perpetuos hostes suos Aegyptios deuicit, Tempus profecto est iam nos de somno surgere, ne dormientes ac plane oscitantes opprimamur. Si non sunt, atque a filio, ne patri pessime fiat, confinguntur, Quid est, cur hanc tam pulchram atque nobis oblatam a Domino rei suae bene gerendae occasionem arripere, et in Turcas uel male nunc affectos, uel certe Aegyptiis Persicisque bellis implicitos communi consensu atque impetu aggredi et sanctae Crucis uexilla in illos explicare non debeamus, ut christi populos, qui uel a Turcis in seruitutem redacti iam sunt, uel certe liment ne redigantur, tantis aut moeroribus aut periculis eximamus? Quamobrem, fili noster carissime, cum Deus optimus Maximus tam in te liberalis tamque beneficus extiterit, suscipe hanc prouintiam, ut tantorum ipsius in te beneficiorum gratus erga illum et plane

memor uideare, et ad christi populos uel tuendos uel redimendos exurge. Quoque plura iam et maiora in mundi longinquas et nunquam antea cognitae a nobis regiones mediamque Indiam christi fideique nostrae nomen propagando perigisti, eo libentius et ardentius ad nimis certe uicinos nimisque timendos nobis nostros et eiusdem fidei hostes ceruicibusque nostris imminentes aggrediendos et proterendos cum ipso Dei filio te para. Nos quidem hunc in sensum atque sententiam ad reliquos etiam christianos Reges scribimus, eosque impensissime et hortamur et rogamus, ut idem pro se quilibet proque suis uiribus faciat. Scire autem Maiestatem tuam uolumus, cum ipsi hac in re omnes nostras et huius sanctae sedis opes nostrumque etiam, si oportuerit, sanguinem et uitam libentissime simus pro christi fidelium salute deprompturi et exposituri, Te tamen eum esse, in quo propter tuam bene cognitam in religionem nostram christianumque nomen pietatem, anteaetate tua hoc in genere praestantissima facinora, et nos huiusce expeditionis suscipiendae magnam spem posuimus, et a quo caeteri christiani homines imprimis id expectant.

Datum Corneti die xvii Octobris mdxvi, Pontificatus nostri Anno Quarto. — *Bembus* <sup>1</sup>.

**Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.**

**1516—Novembro 11.**

Senhor. Sendo Eu com o papa em Toscanella pollos negocios, que a Vossa alteza tenho scrito, me foram dadas suas cartas de 11 de Julho, aos onze de outubro, e tardaram tanto como tynham tardado as minhas, de que ellas sam repostas, e ao mays do que Vossa alteza nellas escreue tenho respondido, respondendo a outras mays frescas de Vossa alteza e ao que falece farey, nesta, resposta breuemente; porque este correo parte pera castella com auantagem, e nunca pude acabar com os mercadores que m esperassem daquy a dous dias, em que creio que mandara a Vossa

<sup>1</sup> ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, n.º 25.

alteza alguns despachos, que todos ja estam quasi expedidos ; e por esta partida tam supita nem os mando, nem posso escreuer senam muy poucas regras, sem que todavia nam quis que fosse, por se Vossa alteza nam espantar, vendo cartas polla uentura d outras pessoas, nam ver as minhas.

Sobre as ordens menores e crerigos Eu nam enteny atequy o que Vossa alteza queria que se fizesse, porque nenhuma carta sua o decrara-ua, e todas se remetyam haas passadas, que eram estas : como as rece-by, loguo faley sobre a materia ao papa, e sua santidade, como faz nestas cousas que tem em sy alguuma difficuldade, me remeteo a Sanctiquatro, Em cujas mãos aguora estam as Suplicações pera se despacharem naquella maneyra, que mays seja seruiço de Vossa alteza e honestidade do negocio : trabalharey que se expidam loguo, pera as mandar com os outros despachos, que disse, daqui a dez, ou doze dias, que yrá correo.

A duuida, que se lá, senhor, moueo sobre as estações de Roma, nam he nenhuuma ; porque as estações e todas as outras indulgencias, que a cruzada dá, todas sam e se entendem na uida daquelles que as cartas tomarem, e d outra maneyra nem absoluições, nem composições, nem nenhuuma outra graça da cruzada valeria nada ; e parece que ysto seria duuidado, polla bulla dizer que aquella, passados os dous annos, nam seja de nenhum vigor : ysto senhor se entende no dar das cartas, que se nam possam dar mays tempo, nem as composições, mas quem as dentro dos dous annos tomou, valem lhe em toda sua vida, nem mays, nem menos, como hum confessional ; e ysto senhor he tam craro, que, pydyndo eu todavia decraraçam por mays abastança ao papa, sua Santidade nunca a quys dar, dizendo me que era pouca authoridade sua decrarar o que per sy se entende ; todavia trabalharey de a auer por mays satisfaçam de quem nysso duuidar, e a mandarey logo após este.

Sobre os cynquoenta beneficios de vosso padroado tenho escryto o que micer antonio me disse de todavia querer acabar ysto com seu tio, e elle com o papa ; e pera, Senhor, lho fazer pôr em obra concertey a minuta na maneyra em que se auia de fazer, e a uio sancti quatro e disse que estaua bem, se a o papa concedesse ; e esta leuey comigo, quando fuy onde o papa estaua, e a dey a micer antonio pera ver o que fazia ; sempre me disse que faria ; aguora per ultimo desespera de ho poder acabar, e ontem me tornou ha minuta haa maõ, de que eu lhe mostrey muito descontentamento ; e assy, senhor, está este negocio na mesma incerteza

em que estaua: tornarey haa estrada chaam de fazer uossas cousas como vossas, e nam requerer nynguem, senão pera o despacho; mas nam pera sy, ou nam do papa, que em fym por nynguem sua sanctidade haa de fazer o que, senhor, por uosso nome: como já escreuy a Vossa alteza nam deyxarey passar nenhuma ocasiã, assy nysto, como em todas as outras cousas das comendas, e quando o Vossa alteza menos esperar, será facil cousa lhe yr o despacho, que assy sam as cousas desta corte; nem vy em mynha vida corte mais aveada.

Ho breue da prorogaçam do tempo pera apartar as rendas dos commendadores das dos abades e priores micer antonio me disse que o tynha mandado, e assy deue ser, porque ja ha dias que se despedio.

Da demasia dos ducados largos ha ducados de camara tenho escryto a Vossa alteza como nam parece que aja remedio, porque o papa diz que assy fez a composiçam como lhos paguaram, e micer antonio nysso nam faz mays; e posto que seja custume as cousas desta corte passarem por ducados de camara, nam he sempre, principalmente nas composiçõs, que sam cousas que vem por concerto, e aas vezes se contralam segundo diuersas usanças das terras. Eu, senhor, todauia nam cessarey de Requerer ate ver o fym, e de tudo auisarey Vossa alteza.

Sobre as dispensaçõs dos filhos de Vossa alteza ando aguora pera concurir, espero que seguundo vosso seruiço, e praza a nosso senhor que assy seja: he cousa, senhor, de muyta difficultade, porque o papa nam se arrisca a fazer cousa tam noua, como he, incertamente, e em geral dar a tantas pessoas dispensaçã, a qual nunca se pode dar sem nomear a molher e homem, e dar as causas que pera ysso ha; e a mayor difficultade he ser necessario usar sempre modos pera a escapar das mãos a sancti quatro, e he milagre que ha ja acerca de hum mes que trago esta materia com o papa, e aynda nam a remeteo a elle; e aguora per ultimo está nas mãos do cardeal de medices, em que tenho grande esperanza, por ser cousa de Vossa alteza, e por lhe parecer que nysto me faz grande merce, e compre com quantos offrecymentos me ateguora pera mynhas cousas e honrra tem feytos; e pella mesma maneyra a peço ao papa, dizendo lhe que quero esta merce de sua sanctidade por todas as que pera mynha pessoa delle posso receber, e que nysto Eu lhe nam peço cousa noua, porque sua sanctidade manda cada dia legados pollo mundo, que possam despensar, e porem nam sabe aynda com quem o elles



ham de fazer, nem quem sam; que assy sua sanctidade dê poder a huum prelado em portugal, que despense com vossos filhos; e pera mays lhe prouar que me nam pode negar ysto, vym descobrir huuma quasi tal feyta a gonçalo fernandiz, o gram capitam, pera suas filhas, com que o mays vency que com nenhuuma outra rezam ateguora: quando era em suas caças, nunca me quis dar concrusam, remetendo se sempre a Roma pera praticar a materia; aguora, senhor, como disse, esta em mão de medices. Eu não deyxio perder nenhuum tempo e me aproueyto de todos os mêos que posso: o cardeal de medices me mandou aguora dizer que eu descansasse, porque tynha muita esperança de me contentar, e que assy uolo podia, senhor, escreuer, se uos disse quisesse dar conta antes d acabado: eu todauia nam descanso polla incerteza e inconstantia de qua, todauia por ser cousa de contentamento de Vossa alteza espero em nosso senhor que, como sua, a guiará e me dará sabèr pera vos nella seruir e em todas as outras. Eu diguo cada dia ao papa que sua santidade nysto nam faz mays que fazello antes de ser requerido, pois he certo que cada uez que o Vossa alteza requerer, vyndo caso, sua santidade o nam ha de negar, nem por yssio ha de leuar dynheyro nenhuum, que gram crueldade seria a sua me fazer tam asynha perder a esperança toda, que tynha nelle, principalmente em cousa de tanto seruiço de nosso senhor; que bem sabe sua santidade que as uossas lianças e casamentos de vossos filhos todos ham de ser pera seu seruiço, e seruiço desta sancta se apostolica; e com ysto lhe tenho ja tirado da boca que por nenhuuma dispensaçam de filho de Vossa alteza nam queria nada, e que cada vez que o vossa alteza requeresse, elle promette de ha nam negar, e que assy uollo escreuesse. Eu lhe beyjey por yssio o pee, nam porem tomando o, nem aceytando pera mays que pera proua de me sua santidade nam poder negar o que lhe eu peço, poys ja tem esta vontade, e o que fica por fazer he tam pouco. Nestas praticas me toquou em sandalos, e que tem nouas que se concruiem *os de brasil com madama lianor*<sup>1</sup>, e que sendo ysto assy, que quanto a brasil elle nam auia de negar nada, mas que seria bem, por nam descontentar *em alguma maneira* cardamo-

<sup>1</sup> As palavras e letras que damos em italico estão em cyfra no original. Alem da cyfra emprega, como o leitor notará, termos convencionaes, cuja significação por em quanto ignoramos.

mo, *requererem lhe isto ambas as partes*, porque a ambas *toca*. E esta mesma noua, Senhor, se affirma aquy per muytas pessoas, e que muyto *o estorua cobre e as pessoas que por elle fazem*: Outros que *elrei de pollonia a pede*.

Ao Cardeal de medices, nem a *sancta maria in porticu*, que neste negocio me ajudam quanto podem, nam dou outra nenhuma conta do caso, senam a que dou ao papa; e nam ha nenhum delles, que nam crea que ysto he inuençam mynha, e que disto Vossa alteza nam sabe mays que quando vir o despacho, o qual espero em nosso senhor de auer em dous, ou tres dias, e auido o mandar a Vossa alteza com tamanho contentamento, quamanho ho eu deuo haa confiança que Vossa alteza neste caso em mym tem e fe de auer eu d'estymar muito este despacho: e por nam embarçar este negocio com outro nenhum, nam ousey de apertar sobre a cruzada: tanto que deste ouuer conerusam, loguo apertarey nesoutro, e de tudo Vossa alteza pollo primeyro será larguamente auisado: e por este nam posso mays dizer, que o correo nam me dá nenhum tempo.

Tenho auiso que Vossa alteza m'escreueo a xxv de setembro, e assy mesmo mandou letra de cynquo mil ducados: as cartas nam sam chegadas ate oje, nem dellas se sabe nouas; nam posso cuydar pera que seja o dynheyro, e se o presumisse, poderia em tanto fazer alguuma cousa: compre me esperar estas cartas de vossa alteza, e per ellas verey e farey o que mandar.

Tenho nouas tambem do correo, que despachey com as bullas do Ifante dom affonso, que cheguou a castella a saluamento. Ja ha dias que la deue ser: cada dia espero repostas, pera saber se se ha vossa alteza por seruido do despacho, ou o que mais se ha de fazer, ou mudar do que ya feyto.

As nouas, Senhor, de qua, que aguora sam mais nouas, sam as desta uictoria do turco, que dá muy grande temor nesta terra, e se ha ja de todo por certo o soldam ser morto: aquy mando a Vossa alteza todas as forças das cartas, que sobre esta materia de diuersas partes sam uyndas, assy como o papa com hum breue seu sobre ellas me mandou que lhas mandasse.

Assy mesmo mando a Vossa alteza duas cartas do gram mestre de Rhodes pera o cardeal sanctiquatro sobre as cousas do turco, aynda que